

**P** H. I. P. P. V. S. Dei gratia Rex Castellae, Legionis, Aragonum utriusq[ue] Siciliae Hierusal[em], Portugaliae, Navarrae, necnon Indiarum etc[etera]. Archidux Austriae, Dux Mediolani, Burgundiae, et Brabantiae, Comes Neapolitani, Flandriae, et Tiroli etc[etera]. Recognoscimus, et notum facimus tenore presentium omnino, quod ob Comitis Alexandri Cervelloni mortem munus magistri longioris toge magistratus nostri ordinarij Mediolani in presentium vacet, expediatur tanto muneri condignis praeficere, ut rebus, quae in praesenti Magistratu pertractantur, ac se se offerent iustitiae administrationem, ac Regij et Ducalis Patrimonij augmentum, et tuitionem, convenientibus consultum esse videatur. Porro de eorum attentis literarum positum, sufficientiam, morum honestatem ac alias animi preclaras dotes, quibus praeditus est, scilicet noster dilectus Doctor Jacobus Antonius Carpanus dicti status Advocatus fiscalis ut in praedicti Advocati fiscalis munere recte fungitur sat demonstraverit, eidem illud demandandum decrevimus. Tenore igitur presentium de certa scientia, Regij et Ducali auctoritate nostra deliberata, et consulto ac ex gratia speciali, matureq[ue] facti nostri supremi consilij accidentis deliberatione praefatum Doctorem Jacobum Antonium Carpanum magistrum longioris toge praedicti Magistratus nostri ordinarij nra et libera voluntate durante, eligimus, facimus, constituimus, et deputamus unicum salario annuo, emolumentis, honoribus, oneribus, auctoritatib[us], prerogativis, ac alijs ad dictum munus legitime spectantibus, ac reliquis magistris dicti Magistratus ordinarij pariter. Mandantes propterea Ill[ust]ri Tuber[is] nostro presenti, et futuris Praesidi, et Senatus, Praesidibus, et Magistris utriusq[ue] Magistratus, Thesaurario nostro generaliter, ceterisq[ue] officialibus, et subditis nostris Mediolanensis domini ad quos spectat, et spectabit, ut praedictum Doctorem Jacobum Antonium Carpanum in possessionem dicti muneris magistrus longioris toge magistratus nostri ordinarij ponant, et inducant, possidant, et inducendum manuteneant, conferant, et defendant, Deq[ue] salario prerogativis prerelucientijs solitis, et consuetis respondeant, et responderi faciant per quos debeat suis temporibus ei, seu eius legitimo procuratori. Haec nostras inviolabiliter observent, et exequantur, observant, et exequi faciant per quoscunq[ue]. Haec testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri appensione munitarum. Datis Burgo die primo mensis Augusti. Anno a Nativitate Domini Millesimo Sexcentesimo quinto.

*Jacobus Antonius Carpanus*

*Mandatum Regiae & Catholicae Maiestatis proprium Ludovici Octavi & Mariae*

*J. Sant. R. V. Valand. 11*

*de imp[er]io  
de m[ag]istris  
de libera &  
de honorib[us] R[eg]i*



17  
Joh. Paul. Allen 17  
1615

Marzio 26 (129)

1615 17 III

*[Faint handwritten text, possibly a signature or address]*

Procer. D. M. d. c. n. l. Doctor Jacobo Antonio Caspari in  
P. n. a. d. t. Magistrate ordinario de Milan que vivo  
per muerre del Con. e. Alessandro Cavellon. *[Signature]*  
Con. *[Signature]*

1605 die 27 mensis Augusti  
Inscripta sunt verba et facta  
Coram nobis et consuevit preside  
mentem in manu d. M. d. c. n. l. de  
J. A. J. Caspari. *[Signature]*  
Sicut veritas infirmitas. *[Signature]*

